

§24

FERIA II.

cælo Lucifer, q̄ mane oriebaris, qui in corde tuo di-
xisti, In cælum ascendam, super astra cæli ædificabo
solium meum? Et bene quidem per montem diabo-
lus designatur, quia omnes suos sequaces ad altiora
prouocat, scilicet ad superbiam. De quo beatus Job

Job. 4:1

loquitur: Omne sublime uider, & ipse est rex sup̄ ōes
filios superbiz. Sic econtra etiā dñs suos ad humilita-

tem semper prouocat, dicens: Discite à me, quia mi-
tis sum & humiliis corde. [Et gloriam eorū.] Gloriā

mundi dicit, aurū, argentinū, uestes & lapides precio-
sos, & cætera amabilia uel transitoria mundi. Alius

euangelista dicit, quod in momēto, & in iētu oculi
ostendit illi omnia. Et bene, quia omnia que uiden-
tur, momentanea & transitoria sunt, sicut scriptū est:

i. Johān. 2:1

Et mūdus transit, & concupiscentia eius, & omnia ua-
nitas. Alius nāc̄j dicit, quod ait dño diabolus: Omnia

quæ cernis mēa sunt, & cui uoluerō do ea. Tu autem
si cadens adoraueris mē, erunt tua omnia. Fellit di-
abolus, & hoc per arrogatiā dixit, non per potentia.

Absit hoc ad intelligendum ut eū sit uniuersus mū-
dus. Neḡ enim potest fore ut sit, sed illius est, qui cū-
cta ex nihilo creauit. Cuius nāc̄j sit, Propheta decla-
rat, dicens: Domini est terra & plenitudo eius, orbis

terrarum & uniuersi qui habitant in eo.

psalm. 23

FERIA SECVNda post Inuocauit. Matthæi. XXV.

In illo tempore dixit Iesus discipulis
suis: Cū uenerit filius hominis in sede ma-
iestatis suæ, & omnes angeli eius cum eo;
Et reliqua;

POST INVOCAVIT

329

Post biduum pascha facturus, pulche prædicit se
tum: ideo, ut quos contumelia terrebat supplicij,
subleuaret etiam gloria regni. Et pulchre filius ho-
minis in maiestate dicitur esse uenturus, quia pater
non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit fi-
lio. Et in iudicio, sola forma filii hominis appare-
bit. Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Johan. 5
Sedem maiestatis dei uel nubē, in qua ad cælos ascē-
dit, cum qua eriam ad iudicium descensurus est, in-
telligere debemus: uel etiam angelos & sanctos ho-
mines, quibus præsidens iudicium in orbe agitabit,
Et congregabuntur ante eum omnes g̃etes,
separabūt eos ab iniuicem, sicut pastor segregat oves ab h̃ecdis. In significatiōe elector, oues
ponuntur, propter innocentiam. Electi autem oues
dicuntur, quia imitatores illius sunt, de q̃ dicitur: Sic-
ut ouis ad occisionem ductus est. Reprobi uero in si- Iaie. 13
gnificatione h̃ecorum ponuntur, quod lascivum &
peulans animal est, & quod in veteri testamento, p̃
peccatis populi offerebatur. Et statuet oues a de-
tris h̃ecdos aut a sinistris. Apud deum nō est
dextra neg̃ sinistra: sed per dexteram magnitudo glo-
ria, p̃ sinistrā magnitudo supplicij designat. Statuet
ergo oues a dextris suis, hoc est, electos in magnitu-
dine glorie: h̃ecdos autem a sinistris, hoc est, pecca-
tores in supplicijs æternis. Et dicet rex his quia
derris eius erūt: Venite benedicti patris
mei possidete paratum vobis regnum a con-
stitutione mundi. Secundum præscientiam & præ-
destinacionem dei hoc debemus intelligere. Regnū

FERIA SECUNDA

(Inquit) quod uobis parauit à constitutione mundi, uenite & possidete. Omnipotens deus electis suis parauit regnum, & ipsos electos regno parauit. [Tunc respondebūt ei iusti, dicentes: Domine, quādo te uiderimus esurientem & pauimus &c. Iusti uel pro terrore & magnitudine domini ista loquuntur, uel propter magnitudinem remunerationis. Omnia etem bona, quae in hoc seculo geruntur, ad magnitudinem illius gloriæ imparia esse iudicātur. **Amen** dico vobis quādū fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Licet in omnibus pauperibus Christus recipiatur, & in omnibus illi elemosyna largiatur, tamen in hoc seculo illos specialiter designat, qui non corpore, sed spiritu pauperes sunt: qui sua pro deo reliquerūt, sicut fuerunt apostoli & imitatores eorum. super quos dominus manus suas extēdēs, dicebat: Ecce mater mea & fratres mei. Et ibunt hi in supplicium æternū, iusti aut in viam æternā. Sicut enim in scīentia dei & p̄destinatioē illius preparatū est sanctis regnū à cōstitutiōe mundi, ita etiā p̄cēng in inferni diabolo & angelis eius preparatē esse dicuntur, Frustra ergo dogmatizat: Origines diabolū & oēs reprobos post spatiū mille annorum de inferno exituros, & ad gloriam uitæ æterne transferendos, cum dñs dicat: [Ibunt hi in supplicium eternum] Sicut enim gloria quā sancti in die iudicij accipient, æternaliter erit, & sine termino, ita sine dubio poena dabitur æternaliter reprobis.

FERIA TERTIA

post Inuocauit. Matthæi XXI.

In illo tēpore: Cum intrasset Iesus Hierosolymam, cōmota est uniuersa ciuitas,